Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

qui calumniosis dissensionibus gaudent. In scripturis dicimus xpm.
in scripturis dicimus ecclesiā. Has scripturas communiter habemus.
quare non in eis & xpm & ecclesiam communiter retinemus.
Nos ubi agnouimus eum de quo dixit apls. habrahae dictę sunt pmissi
ones & semini eius. Non dicit & seminibus tāquā in multis. sed tāquā
in uno. & semini tuo quod est xp̄s. Ibi agnouimus ecclesiā. de qua di
cit ad abraham. In semine tuo benedicentur omnes gentes.
Ubi agnouimus xpm̄ in psalmo de se pphetantem. dn̄s dixit ad me. filius
meus es tu. ego hodie genui te. ibi agnouimus ecclesiā. in eo quod sequit̄.
Postula a me & dabo tibi gentes. hereditatem tuā & possessionem tuam
terminos terrae. Ubi agnouimus xpm̄. in eo quod scriptum est.
Ds̄ deorum dn̄s locutus est. Ibi agnouimus & ecclesiā. in eo quod
sequitur. & uocauit terrā. a solis ortu usq; ad occasum. Ubi agno
uimus xpm̄. in eo quod scriptum est. Et ipse tamquā sponsus
pcedens de thalamo suo. exultauit ut gigans ad currendam uiam.
Ibi agnouimus ecclesiam. In eo quod paulo superius dicitur. In omnem
terram exiuit sonus eorum. & in fines orbis terrę uerba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum. & ipsa est ecclesia in sole posita.
hoc est in manifestatione omnibus nota usq; ad terminos terrę. Ubi ag
nouimus xpm̄. in eo quod scriptū est. Foderunt manus meas & pe
des meos. dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considera
uerunt & aspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta mea. & super
uestem meā miserunt sortem. Ibi agnouimus & ecclesiam. in eo
quod paulo post in psalmo ipso dicitur. Commemorabuntur. & con
uertentur ad dn̄m uniuersi fines terrae. & adorabunt in conspectu
eius uniuersae patriae gentium. qm̄ dn̄i est regnum & ipse domi
nabitur gentium. Ubi agnouimus xpm̄. in eo quod scriptum est
exaltare sup caelos ds̄. ibi agnouimus. & ecclesiam. in eo quod sequit̄.
& Sup omnem terrā gloria tua. Ubi agnouimus xpm̄ in eo quod scriptū est.
Ds̄ iudicium tuum regi da & iustitiam tuam filio regis. ibi agnouimus